Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36487
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



ad 20
19

naturaliter fueram. Multomagis reconciliati saluti erimus
in uita ipsius. Si p morte xpi saluati sumus. quanto magis
in ei glificabimur. uita. si eam fuerimus imitati. Non solum
autem hoc. sed et glamur in do p dnm nrm ihm xpm. p quem nunc
reconciliationem accepimus. Non solum nobis uita dabit sempi
terna. sed etiam quedam similitudo p xpm pmittit diuine gle.
sicut iohs apls dicit. Nondum apparuit qd erimus. quoniam
cum apparuerit similes erimus ei. Propterea sicut p unum homi
nem. Si p unum hominem etiam peccatum intrauit in mundum.
insanuunt qi dicunt. ante quam deciperet diabolus eum. pecca
tum fuisse in mundo. Item. Hic ostendere uult ppterea xpm
passum ut qui sequentes adam discesseramus a deo. p xpm
reconciliamur do. In hunc mundum peccatum intrauit. et p
peccatum mors. Exemplum t forma quomodo cum non esset peccatum
p adam aduenit. ita etiam cum pene apud nullum iustitia
remansisset. p xpm e reuocata. et quomodo p illum peccatum mors
intrauit. ita et p hum iustitiam uita e reparata futura in psens.
Et ita in omnes homines mors pertransiit. Dum ita peccant.
et simulit moriuntur. non enim in abraham et isaac et iacob p
transiit de quibus dns dicit. omnes illi uiuunt. Hic aut ideo dic
omnes mortuos. quia in multitudine peccatorum non recipient
pauci iusti. sicut alibi. nonne qui faciat bonum non e usq; ad
unum. et omnis homo mendax. siue in eos omnis pertransiit qui
humano non celesti ritu uiuebant. Item. nunc apls mortem
anime significat. qua adam preuaricans mortuus e sicut
et pphetia dicit. Anima que peccauerit. ipsa morietur. Transi
uit enim et in omnes homines. qui naturale lege preuaricati
sunt. In quo omnes peccauerunt. hoc e in eo qd omnes peccauer
et peccant. exemplo ade peccant. Usq; ad lege enim peccatum
erat in mundo. Lex peccati uinder aduenit. ante cuius ad
uentum t psentis uite longitudine fruebantur. Erat quide
ante lege peccatum. sed non ita putabatur esse peccatum qa iam